

est: quia malefici convicti interdum fatentur, ejusmodi stigmata sibi à diabolo fuisse impressa. Martin. Delrio. *l. 5. sect. 4. num. 28. p. 726. disquis. Magicar.* Ferdin. Weitzenegg. *diss. 6. c. 3. num. 117. pag. 30. de Servit.* (2.) *Verba suspecta*, Verba sunt in duplici differentia: (1) Quædam sunt scelerata juramenta, & ferè blasphema, quò pertinent execrationes, quibus bestias vel homines execrari solent, Petr. Binsfeld. *ad l. fin. C. de Malef. & Mathem. indic. 11. Zanger. c. 2. num. 204. pag. 831 de Tort.* Quæ tamen indicia valdè sunt remota; sicut & illud itidem remotum est, si saga Dæmonem invocet, vel se cum Dæmone loqui simulet, & illi, quamvis non videatur, respondere tamen credatur. Vide Zanger. *c. 2. n. 200. pag. 829. de Tortura.* (3) *Gestus suspectos*, præcipuè si sint superstitiosi, gaudeant singularitate; & se nimis religiosos ostendent, frequentent templum, in eo autem præ cæteris se præbeant pietatis nimix suspectos. Quamvis & hoc nimis remotum indicium esse, ipse dixerim. (4) *Opera suspecta*, scilicet si suspectus aliquid faciat in loco non consveto, nec tempore solito, ubi scilicet, & quando illud fieri non debet, & tamen exinde sequitur aliquod damnum, mors nimirum, vel morbus aliquis præternaturalis. Weitzenegg. *diss. 6. c. 7. num. 111. p. 28. de Servit.* v. gr. Si venefica pulverem supra porcorum gregem, vel alia pecora jecerit, & poste pecora perierint, vel potionem vaccæ, eqvo, aut etiam homini infuderit: vel animal aliquod inunxerit, quod postea reperitur mortuum. Item si suspectus limen alicujus domus vel stabuli effoderit, ubique venenum occultaverit, & postea pecudes moriuntur, vel subitus & insolitus morbus hominem opprimat. Godelman. *lib. 3. c. 10. f. 110. de Mag. & Venef.* Item qui insolitos & præternaturales morbos mediis incognitis & præternaturalibus in momento curet. Qui cum magis conversatur, aut ab illis indicatur tanquam delicti istius consors. Vid. Mantz. *ad b. artic. n. 25. & seqq. p. 178. & seqq.*

ARTIC. XLV.

De questionibus.

Von peinlicher Frage.

So der Argwohn und Verdacht einer beklagten und verneinten Mißhandlung als vorstehet / erfunden / und für bewiesen / angenommen / oder bewiesen erkant würde / soll dem Ankläger auf sein Begehren / alsdann ein Tag zu peinlicher Frage benannt werden.

AD